

Cardinalis de Acquaviva nomine Caroli Infantis Hispaniarum Regum Neapolitanorum & jam pacifice obtinere iuramentum S. Sedis prelati investituramque petiit.

do. & ampliando concessus fuit, & recognovit.

§.9. Verum cum annis proxime elapsis inter Catholicos Principes non sine gravi animi nostri dolore repentinum, & luctuosum in Italia iterum insurrexerit Bellum longe, lateque etiam in aliis Europae partibus diffusum, adeo inter acerbissimos Belli motus Italia pene tota misere exarsit, cumque per hoc Bellum, & inde subsequuta, Dilectus in Christo filius noster Carolus Borbonius Hispaniarum Infantis predicti Regni nostri Siciliae cum tota Terra citra Pharam usque ad confinia Terrarum Ecclesie Armis a Patre Philippo Hispaniarum Rege sibi traditionem superioribus annis obtinuerit, & etiam nunc nemine contradicente retineat, volens modo dictus Carolus debitam obedientiam, ac fidelitatis, & homagii Juramentum in manibus nostris prestare, & ea, quae ratione ipsius Feudi tenetur adimplere, dilectum filium nostrum Trojanum tituli S. Ceciliae Cardinalem de Acquaviva Procuratorem, & Mandatarium suum specialem fecit constituit, & deputavit specialiter, & expresse, ad se, nomine predicti Caroli quoties opus fuerit coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia presentandum, ac a nobis Investituram Regni huiusmodi petendam eamque acceptandam, necnon Nobis nomine eiusdem Caroli pro predicto Regno Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharam debitam obedientiam exhibendam, ac etiam fidelitatis, & homagii Juramentum ratione Feudi dicti Regni prestandum, quod requisitum necessarium, & opportunum foret ex ipsius Feudi natura, & quemadmodum illud prestitum fuerat a Carolo Hispaniarum, & Romano Rege in Imperatorem electo, atque ab aliis predecessoribus suis in eodem Regno solitum fuerat prestari, & dictus Trojanus Cardinalis de Acquaviva Procurator in vim Constitutionis, & deputationis huiusmodi ad premissa omnia, & singula nomine predicti Caroli peragenda, & exequenda coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia sub die quarta mensis Maii currentis anni se presentavit, & in generali venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregatione, qua sub hac die duodecima eiusdem mensis Maii coram nobis in Palatio nostro Apostolico Montis Quirinalis ad hoc specialiter convocata, & habita fuit cum pluribus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prelatis ibi assistentibus nomine ipsius Caroli Nobis, & Sedi Apostolice, ac Romanae Ecclesie predictis obedientiam, atque homagium, & Juramentum fidelitatis sub forma inferioris adnotata prestiterit.

§.10. Nos eiusdem Regni Siciliae quieti, ac securitati providere volentes, considerantesque ipsius Caroli erga nos, & Romanam Sedem devotionem, eiusque hereditariam pietatem, & regnandi consuetudinem, quod Populos sibi commissos sciet, & volet pacis felicitate, & Iustitiae

cultu conservare, ac Nos, & Romanam Ecclesiam ipsius Regni proprietarios, ac directos Dominos grata devotione, & fide sincera recognoscere. Nec diutius volentes a concessione Investiturae, & Infeudationis predictae, ac directi Domini nostri usu, & exercitio abstinere, sed potius novis, ac iustis causis ita suadentibus, praesentique rerum, & temporum statu accurate perpenso Romanorum Pontificum Predecessorum nostrorum vestigiis in hunc nostram, & eiusdem S. Sedis Iura per novam concessionem huiusmodi asserere, & conservare intendentes, habita super his cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus prius in Consistorio, & deinde etiam in alia simili Congregatione generali ad hoc nominati habita sub die nona praedicti mensis Maii in eodem Palatio nostro, ibique mandato procuratoris ipsius Caroli publice, & alta voce perlecto, & diligenter inspecto deliberatione matura de ipsorum fratrum consilio pariter, & assensu, & ex certa nostra scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti obedientiam ab eodem Card. de Acquaviva Procuratore nomine ipsius Caroli nobis, & Sedi, & Camera praedictis, ut praemittitur praestitam, itemque homagium, & Juramentum fidelitatis huiusmodi lecto, atque hilari animo admittimus ac Regnum ipsum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra praedicta citra Pharam usque ad confinia Terrarum eiusdem Ecclesie Romanae, excepta Civitate Beneventana cum eius Territorio, & Districtu, & pertinentiis per Nos, seu Romanos Pontifices distinctis, ac eorum incolis, quam nobis prout illam sibi dudum praedicta Ecclesia specialiter retinuit & reservavit, harum serie una cum Terra Pontis Curvi eiusque Territorio nobis, & eidem Ecclesiae specialiter reservamus, eidem Carolo Borbonio Hispaniarum Infanti pro se, suisque heredibus, & Successoribus masculis per lineam masculinam descendentes in perpetuum cum hoc, quod inter dictos descendentes masculos servetur semper Primogenitura ratio, & prevaleat prerogativa linea, usque deficientibus, & eiusdem Caroli lineis masculis extinctis, succedant ceteri eiusdem Caroli fratres ex charissimis in Christo filiis Philippo, & Elisabetha Hispaniarum Rege, & Regina Catholicis utriusque conjunctis nati, & nascituri, eorumque descendentes masculi per lineam masculinam, servata itidem inter ipsos Fratres, eorumque descendentes masculos semper lege Primogeniturae, & linea prerogativa.

§.11. Quibus etiam deficientibus lineis masculis predicti Caroli, suorumque Fratrum utriusque conjunctorum iuxta ordinem, & dispositionem juris, veniant, & succedant foeminae superstitis, servata etiam inter ipsarum descendentes, & lineas prerogativa sexus, & linea cum ordine Primogeniturae in Feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similibus, & unius Parafreni albi, ut

Servanda iura Successores Primogeniturae.

Masculis deficientibus cedunt successores foeminae.

Concessit Clemens Pontifex de consilio Cardinalium.

Carolo Regi injuncta lex de iurandi, se Regnum huiusmodi obtinere ex mera liberalitate Sedi Ap.

Reservatio Jurium quorumcumque. Condonatur Carolo Regi Census decurri, & non solvi.

Forma Juramenti praestiti a Cardinali de Acquaviva.

praestetur solvendo, & ceteroquin in omnibus, & per omnia sub conditionibus, modis, & formis adjectionibus, promissionibus, clausulis, voluntatibus, & ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, Gregorii, Alexandri, & Innocentii, atque concessionem Leonis Predecessorum huiusmodi contentis, quarum remissionem per Nos, & Sedem praedictam factam fuisse non apparebit, omni meliori, quo possumus modo concedimus, & largimur, ac Regnum ipsum dicto Carolo modo, & forma praemissis infeudamus, eumque de illo per ipsius Trojanum Card. de Acquaviva Procuratoris ad osculum pedum nostrorum admisionem investimus.

§.12. Volentes, & intendentes, ut infra annum a data praesentium computandum idem Carolus Rex privilegium suum Bulla aurea bullatum, in quo proprio iuramento fateatur, & recognoscat expresse Regnum Siciliae, & Hierusalem, ac totam Terram eorum, quae est citra Pharam, usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesiae Romanae, exceptis Civitate Beneventana, & loco Pontis Curvi cum illius Territorii, Districtibus, & pertinentiis, quae eidem Ecclesiae remaneant, praedicto Carolo Regi, suisque heredibus, & Successoribus dicti Regni Siciliae Regibus ex sola gratia, & mera liberalitate Sedi Apostolice, & nostra fuisse concessa, eosque recepisse, & tenere Regnum Siciliae, & Terram huiusmodi a Nobis, & dicta Romana Ecclesia sub patris, modis, & conditionibus supra dictis Nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti, dare, & tradere teneatur.

§.13. Per praemissa autem non intendimus iuribus quibuscumque in aliquo praedictis.

§.14. Demum ut idem Carolus Rex eo magis ad sinceram illius, quam in Nos, & hanc Sanctam Sedem proficetur devotionis, & observantiae debita argumenta Nobis, & eidem Sedi exhibenda excitetur, quo Nos, & Romana Ecclesia in eum propensiores, & munificentiores invenirent scientia, & potestatis plenitudine paribus ipsi Carolo Regi omnes, & singulos census ratione supra dicti Regni hactenus decursos, & non solutos ex speciali dono gratiae liberaliter remittimus, & condonamus, ipsamque de illis absolvimus, quietamus, & plenarie liberamus, & ex causa dictorum censuum hucusque decursorum a quocumque nullatenus molestari posse decernimus, dummodo tamen in proximo Festo S. Petri, & sic successive perpetuis futuris temporibus singulis annis ipse Carolus Rex, eiusque heredes, & successores, alique vocati praedicti census Nobis, & Successoribus nostris cum solitis solemnitatibus integre persolvere omnino debeant.

§.15. Forma autem Juramenti per dictum Cardinalem praestiti talis est: Ego Trojanus Cardinalis de Acquaviva Serenissimi Domini Caroli Hispaniarum Infantis, & Dei gratia Regis Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharam Procurator ad haec omnia specialiter constitutus, speciali mandato per dictum Carolum Regem sub die tertia mensis Maii cur-

rentis anni subscripto plenum homagium, ligium, & Vassallagium nomine dicti Caroli Regis faciendum vobis Beatissimo Domino nostro Domino Clementi Duodecimo, & Ecclesiae Romanae pro Regno Siciliae, & Hierusalem, ac tota Terra, quae est citra Pharam usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesiae, excepta Civitate Beneventana, & toto Territorio, & omnibus Districtibus, & pertinentiis secundum antiquos fines Territorii, & pertinentiarum, & Districtus Civitatis eiusdem per Romanos Pontifices distinctos, & impostum distinguedos in anima dicti Serenissimi Regis principalis mei Juro, quod idem Serenissimus Dominus Carolus ab hac hora in antea fidelis, & obediens erit Beato Petro, & Vobis Domino Clementi duodecimo, vestrisque Successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, Sanctaeque Romanae Ecclesiae Apostolicae, non erit in consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdatis, seu perdat, aut membrum, seu capiamini, vel capiantur mala captione: Consilium vero, quod sibi credituri estis per vos, aut Nuncios vestros, vel per literas ad vestrum, vel eorum damnum scienter nemini pandet, & si fecerit fieri, vel tractari, seu procurari aliquid, quod in vestrum, vel eorum damnum cedat, illud pro posse impedit, & si hoc impedire non poterit, illud vobis, vel eis significare curabit. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri tam in Regno Siciliae praedicto, quam alibi consentientia adiutor vobis, vel eis erit ad defendendum, vel retinendum, ac recuperandum, & recuperata manutendendum contra omnem hominem, Universas, & singulas conditiones supra dictas, & quascumque alias in literis se. re. Julii Papae II. super ipsius Regni & Terrarum Infeudatione, sive Investitura concessis contentas, ac omnia, & singula, quae in eis continentur plenarie, adimplebit, & inviolabiliter observabit, & nullo unquam tempore veniet contra ea, nec procurabit per se, vel alium, seu alios quoquomodo, ut eligatur, vel nominetur in Regem, & Imperatorem Romanum, seu Regem Theutoniae, aut Dominum Lombardiae, seu Thusciae, & si electionem, vel nominationem ad Imperium vel Regnum Romanum, seu Regnum Theutoniae, vel Dominium Lombardiae, & Thusciae, aut majoris partis eorumdem de eo celebrari contingeret, nullum huiusmodi electioni, seu nominationi assensum praestabit, nec intromittet se modo aliquo de eorum, vel alicujus eorum regimine, nec de Civitate Beneventana, & suis Territoriis, Districtibus, & pertinentiis, seu Campania, neque de Maritima, Ducatu Spoletano, Ducatu Urbini, neque Marchia Anconitana, Patrimonio Beati Petri in Thusciae, Malla Trebaria, Romandiola, Alma Urbe, Civitatibus Perusina, Civitatibus Castellis, Bononiensi, Ferrariensi, Avenionensi, & Comitatu Venassino, seu aliis Terris quibuscumque vestris, & Feudis ipsius Ecclesiae ubilibet constitutis ex

suc-

successione, vel legato, seu donatione, aut venditione, seu alio quovis titulo, vel contractu, nihil unquam sibi acquireret, seu vindicabit, vel poterit acquirere, seu quomodolibet vindicare, & nihil unquam recipiet, vel habebit, seu retinebit, vel poterit recipere, habere, vel etiam retinere in illis, nec ulla in Potestariam, Capitaniam, vel Rectorem, nullumque aliud Officium recipiet, seu recipere poterit in eisdem, seu ipsorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet, seu faciet pramissa, vel parte aliqua eorumdem neque illam offendet, aut molestat, neque etiam Romanam Ecclesiam quoquo modo sub censuris, penisque spiritualibus, & temporalibus in conditionibus, & infestatione predictis contentis, quas hic haberi volo in singulis suis partibus alias pro specificis expressis, & repetitis schismatico, aut heretico quicumque, vel a fide devio ab ipsa Ecclesia praefixo, ejusque sequacibus, & dantibus eis auxilium, consilium, vel favorem non dabit quovis modo per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte publice, vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, nec ab aliis quantum in eo erit, si impedire poterit, dari permittet, sed eos juxta posse suum donec convertant, persequetur, & impugnet. Et ulterius promitto, quod ipse Carolus Rex infra annum omnia, & singula mediante aurea Bulla ratificabit: sic dictum Carolum Regem Deus adjuvet, & hac Sancta Dei Evangelia Juravit, ut supra. Ego Trojanus Card. de Acquaviva.

Clausula.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae reservationis, admissionis, concessionis, elargitionis, infestationis, investiturae, voluntatis, vel intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. die 10. Maii 1738. An. VIII.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigésimo octavo Quarto Idus Maii Pont. Nostri An. VIII.

Clemens P.P.

Ego Clemens Catholicae Ecclesiae Episcopus.



- † Ego Franciscus Episcopus Ostien. Cardinalis Barberinus Decanus.
- † Ego Petrus Episcopus Portuensis Card. Ottobonus S. R. E. Vicecancellarius.
- † Ego Anibal Episcopus Sabinenfis Card. S. Clementis S. R. E. Camerarius.
- † Ego Ludovicus Episcopus Albanensis Cardinalis Picus.
- † Ego Petrus Episcopus Tusculanus Cardinalis Corradinus.
- † Ego J. A. Tit. S. Laurentii in Lucina Card. de Via.
- † Georgius tit. S. Praxedis Cardinalis Spinola.
- † Ego Ludovicus tituli S. Mariae in Transiberim Cardinalis Bologna.
- † Ego Alvarus tituli S. Bartholomaei Cardinalis Cienfuegos.
- † Ego Joannes Baptista tituli S. Matthaei in Merulana Cardinalis de Aleris.
- † Ego Vincentius tituli S. Petri ad Vincula Cardinalis Petra Major Penitentiarius.
- † Ego Franciscus Antonius tituli S. Sixti S. R. E. Presbyter Card. Finis.
- † Ego Fr. Vincentius tit. S. Pasceatis Card. Gotti Ordinis Praedicatorum.
- † Ego D. Leander tituli S. Calixti Cardin. de Porzia.
- † Ego Petrus Aloysius tituli S. Prisca Cardinalis Carafa.
- † Ego Franciscus tit. S. Silvestri in Capite Cardinalis Burghejus.
- † Ego Vincentius tit. S. Laurentii in Pane. & Perna Card. Bichius.
- † Ego Joseph tit. S. Thome in Parione Cardinalis Firrao.
- † Ego Antonius tit. S. Stephani in Monte Celio Cardinalis Gentili.
- † Ego Fr. Joannes Antonius tit. SS. Silvestri, & Martini in Montibus Cardinalis Guadagni.
- † Ego Trojanus tit. S. Ceciliae Cardinalis de Acquaviva.
- † Ego Dominicus tit. SS. Quirici, & Julite Cardinalis de Rivera.
- † Ego Marcellus tit. S. Mariae in Ara-Celi Cardinalis Passari.

† Ego

- † Ego Fr. Petrus Maria tit. S. Joannis ante Portam Latinam Card. Pieri.
- † Ego Joannes tit. S. Pudenciana Cardinalis Spinola.
- † Ego Laurentius S. Mariae in Vialata Prior Diaconus Card. de Aleris.
- † Ego Carolus S. Agathe in Suburra Card. Diaconus Columna.
- † Ego Carolus S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. de Marinis.
- † Ego Alexander S. Mariae in Confinem. Diac. Card. Albanus.
- † Ego Nervus S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
- † Ego Bartholomaeus SS. Cosmae, & Damiani Diaconus Card. Ruspolus.
- † Ego Carolus S. Nicolai in Carcere Diacon. Card. Rezzonicus.

A. Card. Pro-Datarius.

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

I. B. Eugenius.

CCXXXIV.

Ut quatuor dumtaxat antiquiores Doctrinarij, seu Parochi Provinciae Santissimi Nominis Jesu in Regno Mexicano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, omnibus privilegiis, & Indultis, quibus illi, qui Piores Provinciales Provinciae, & Ordinis praedictorum fuerunt, fruuntur, & gaudent, frui, & gaudere valeant.

CLEMENS P. P. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa novum hujusmodi praemian dandi Fratrum, qui Mexici Parochias administrant.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Didacus Salinas, & Cabrera Assistentis Generalis Hispaniarum, ac Provinciae Sanctissimi Nominis Jesu in Regno Mexicano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Procurator in Sacra Theologia Magister, quod cum ex septuaginta sex Conventibus in dicta Provincia existentibus sexaginta sex Doctrinae, seu Parochiae annexam habentes Sacramentorum administrationem, & curam Animarum in totidem ferme numerolis Populis Christiano antiquorum dictae Provinciae Ball. Rom. Tom. XIV.

Fratrum zelo ad fidem Catholicam convertis reperiantur, quibus sane Doctrinis, seu Parochiis in ministerio Parochiali, praevia canonica ordinarii Collatione dictae Provinciae Fratres ministerio hujusmodi Parochorum perpetuo additi, & non sine ingentibus laboribus, & gravi incommodo inservientes intra Ordinem, & Provinciam hujusmodi Dignitatibus, & Officiis principalioribus, nempe Magistrorum, Diffinitorum, Visitatorum, & Priorum Conventuum praecipuorum orbatu usque modo fuerunt, & sunt, ac proinde dictus Didacus Assistentis, & Procurator, ne deinceps Fratres hujusmodi condigna mercede privati maneant, & simul aliis incitamento sint, ut Apostolicum onus sublimendo Parochi Ministerium obire satagant, & intuitu praemii ad illud amplectendum Fratres fortius, alacriusque alliciantur, quatuor dictarum Doctrinarum, seu Parochialium antiquioribus Rectoribus omnia Jura, privilegia, gratias, & exemptiones dictae Provinciae Ex-Provincialium nempe Provincialium absolutorum, ut iidem pariformiter potiantur, & gaudeant, ac Ex-provinciales potiuntur, & gaudent, sequentibus tamen conditionibus.

Conditiones praemittent ad hujusmodi praemii consequentiam.

Sexdecim annorum spatium Parochis debent inservire

Sexagenario majores.

Privilegio Ex-Provincialium quatuor tantum antiquiores in ministerio gaudere poterant.

Eorum requisita prius examinanda.

§. 2. Primo quod sexdecim annis completis in una, aut diversis Doctrinis, seu Parochiis hujusmodi ab Ordinario canonica Collatione traditis Animarum cura, & Sacramentorum administrationi laudabiliter inservierint. Secundo, quod si Doctrinarij, seu Parochus post completos sexdecim administrationis annos, sed ante sexagesimum etatis annum completum Ministerio renunciaverit, ejusque renunciatio acceptata fuerit, enunciatis privilegiis Ex-Provincialium minime frui, & gaudere possit; secus vero si completis sexdecim administrationis annos etiam sexagenario maior causa adversa valetudinis Ministerio hujusmodi renunciaverit, tunc etiam si renunciatio acceptetur, dictis privilegiis frui, & gaudere debeat. Tertio quod ex dictis Doctrinariis, seu Parochis quatuor dumtaxat in Ministerio Parochiali antiquioribus dictis Ex-Provincialium privilegiis gaudent, & potiantur, minime vero reliqui, etiam si recessitas conditiones habeant, quousque per alicujus ex dictis quatuor antiquioribus cessum, vel decessum eis locus fiat secundum ordinem antiquitatis Ministerii Parochialis, cui solum attendendum erit, non vero professionis in Religione, nisi concurrente omnimoda equalitate in dicto Ministerio. Quarto, quod dicti quatuor Doctrinarij, seu Parochi relatis privilegiis nequaquam gaudere incipiant, quin a Diffinitorio pleno Provinciae in Capitulo Provinciali, aut Congregatione intermedia eorum requisita, & merita fuerint recognita, & approbata, & hac recognitione, & approbatione sic factis statim absque alia diligentia hujusmodi privilegiis frui, & gaudere incipiant, & quoad locum semper immediate sequantur post Patres Ex-Provinciales, qui revera Provinciam gubernarunt, aut deinceps gubernaturi sint.

I i

§. 3. A No-

1738. Assistentis Hispaniarum. Oedius preces.

Concessio privilegii quo in Ruitica.

Præsentium litterarum firmitas.

Derogatio contrarium.

Transumptis eandem fides.

Clemens Duodecimus An. VIII.

§ 3. A nobis concedi plurimum desideret. Nobis propterea dictus Didacus Assistentis & Procurator ejusdem Provincia nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§ 4. Nos igitur ejusdem Didaci Assistentis, & Procuratoris votis, hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut quatuor dumtaxat antiquiores Doctrinarii, seu Parochi Provinciae, & Ordinis prædictorum, qui post adimpletas conditiones, & declarationes supradictas omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis & Indultis, quibus illi, qui Priores Provinciales Provinciae, & Ordinis prædictorum munere perfuncti tam de Jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§ 5. Decernentes easdem præsentis litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinariorum, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§ 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis,

eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die 28. Maii 1738. Pont. nostri Anno VIII.

CCXXXV.

Varie Ordinationes pro restituenda, & conservanda in Hospitali S. Joannis Hierosolymitani consuetudine armandi Navis contra Piratas.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præcipuas Apostolicæ auctoritatis, charitativæque partes, quibus pro debito Pastoralis officii nostri Ministerio a Misericordiarum Patre nobis injuncto sine personarum acceptatione ad omnium Christiani nominis Nationum profectum, commodum, utilitatemque prout temporum, rerum, & personarum qualitate pensata in Domino perspicimus expedire, solliciti ad vigilare tenemur, hilari, libentique animo suscipere, ac peragere gestimus.

§ 1. Cum autem nobis innotuerit paucas sub vexillo Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in Insula Melitensi armari Navis, ex quo non leve præjudicium inferri videbatur, nedum pauperibus Græcis Christianis, qui a Piraticis Navibus sub exteris vexillis armatis facillime deprædantur, verum ipsi etiam Hospitali, quod ad Christianissimum tuitionem expertis Nautis in opportunitatibus provideri minime potuisset; Hinc est, quod nos tam Hospitali prædicto, illiusque Magnum Magistrum, & Fratres adversus quoscumque Orthodoxæ Religionis hostes assiduis laboribus, & periculis dimicantes paterno complectimur affectu, quam eisdem Græcos Christianos in Visceribus Jesu Christi diligimus, ut inordinatæ huic rei salutares leges, atque opportuna remedia adhiberentur, diuturna, maturaque, sicut negotii gravitas flagitabat, consultatione adhibita, auditisque desuper nonnullorum Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sententiis pro facili, recta, & ordinata prædictarum Navium directione sequentem normam perpetuis futuris temporibus vilituram præscribere, ac sancire decrevimus, quam de cetero ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inconcussa, & inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

§ 2. Auctoritate igitur Apostolica statuimus Decretum in Congregatione particulari a se. re. Benedicto PP. XIII. Prædecessore nostro specialiter deputata sub die 22. Aprilis Anni 1729. editum observandum esse cum infrascriptis declarationibus, & ordinationibus, videlicet.

§ 3. Licitam esse deprædationem mercium dilectorum filiorum Christianissimorum Græcorum reperarum in Turcicis, sive Piraticis, sive bellicis, non vero in aliis Na-

Dat. die 28. Mar. 1738. An. VIII.

Exordium.

Ad agenda Navium Melitensium numerum sequentes late leges.

Decretum anni 1729. servandum cum infrascriptis declarationibus.

Mercium Præcorum quoad sit licita.

Quomodo judicandum an deprædatio legitima fuerit in casu dubitatis.

Quid de interesse agendum.

Descriptio Mercium quomodo factenda ad fraudes impediendas.

Quid agendum si deprædatio eveniat, priusquam Navis Portum aliquem appellat.

Juramentum a Procuratore rerum deprædatorum emittendum.

Clemens Duodecimus An. VIII.

Navibus onerariis, quamvis Turcicis legitime tamen probato, ut infra mercium dominio, & tam in hoc, quam in aliis quibuscumque casibus, in quibus Græci prædicti prætentant deprædationem non esse legitime factam, deprædantes statim secuta deprædatione, Portum viciniorem appellere teneantur, ibique deprædati debeant omnino conficere Consolatium, vel per se, vel per alios, denunciando merces, quas proprias prætentant, cum suis qualitatibus, & quantitibus, & in termino unius anni a die Portus appulsionis proponere Instantiam cum legitimis documentis, & probationibus, quo elapso non amplius audiantur, dummodo non probeat legitimum impedimentum, probandum tamen in loco, ubi dictum impedimentum evenit, cum Testimonio Consulis, sive Viceconsulis, si ibi adsit, vel in eorum defectu cum Testimonio personæ fide dignæ, quæ in eodem loco reperitur, quo probato, possit Judex dictum terminum prorogare ad alium annum, vel amplius pro suo arbitrio.

§ 4. Quo vero ad interesse Judex procedat in illius taxatione, vel a die motæ litis a die deprædationis, prout de jure ad rationem tamen scutorum duodecim monetæ Romanæ pro quolibet centenariis, & anno.

§ 5. Ad arcendas autem fraudes, & collusiones, quas Græci cum Turcis admittunt, occultando Turcarum merces, easque uti proprias describendo, & obfignando, dicta auctoritate statuimus, ut Dominorum earumdem mercium probandum sit, nec aliter probari possit, quam per denunciationem juratam, & descriptionem aut Navigationem factam coram aliquo Consule, seu Viceconsule Catholico, si haberi possit, sin minus coram quocumque alio Consule, sive Viceconsule, vel iis deficientibus coram persona fide digna designata Navi, & illius institore, seu Capiteano, relicta pœnes ipsum Consulem, seu Viceconsulem, vel aliam fide dignam personam hujusmodi descriptionis, & denunciationis copia legali. Similis etiam descriptio fieri debeat in Cartulario Navis, si vero in eo loco, ubi oneratur Navis, nullus Consulis, sive Viceconsulis copia sit, descriptio facta coram persona fide digna iterari debeat omnino coram Consule, sive Viceconsule primi Portus, quem Navis appulerit.

§ 6. Quod si deprædatio secuta sit, antequam potuerit Navis appellere aliquem Portum, ubi sit aliquis ex Consulibus, sive Viceconsulibus prædictis, sufficiat descriptio mercium facta, ut supra coram prædicta persona.

§ 7. Ultra prædicta deprædatus, sive ejus legitimus Procurator jurare debeat in principio Judicii in manibus Sacerdotis Græco Catholici, si causa sit Melitæ cognoscenda; alibi autem juxta ritum jussumque regionis, eandem merces ad se ipsum, vel ejus Principalem pertinere, nullamque fraudem, vel simulationem sub-

Ball. Rom. Tom. XIV.

esse, ut inde Judex cognoscere possit, an Juramentum consonum sit, vel dilonum a denunciatione jurata, ut supra facta in loco onerationis mercium.

§ 8. Causa vero in prima Instantia a dilectis quoque filiis Magistratu armamentorum privative ad quodcumque aliud Tribunal Insula Melitensis examinentur, ordinationesque, & statuta ad eam rem pertinentia observentur, & præcipue, quod Armator Navigationem non ineat, nisi prius jusjurandum de non deprædandis Christianorum bovis, ac idoneam fidejussionem præsterit, quæ fidejussio priusquam a Notario Magistratus præfati juxta morem approbetur, omnibus illis Officialibus, qui cetera armatorum requisita solent examinare, proponi debeat, ut eam veluti unum ex requisitis valde necessariis dignoscant, & approbent, non tamen eorum periculo, verum juxta Conscientiæ dictamen ob majorem Christianorum indemnitatem, securitatemque in casu injustæ deprædationis.

§ 9. Ac insuper dicta auctoritate declaramus in prædictis deprædationum causis, secundum Hospitalis prædicti statuta, & privilegia, auctoritate prædicta concessa, duas sententias conformes omnino sufficere pro efformanda re judicata, quo in casu, ac in quocumque alio, ubi duæ adfuerint sententiæ sive emanate ambæ in Insula prædicta una a supradicto Magistratu, & altera a dilectis eidem filiis Tribunali Audientiæ, sive prolata una in dicto Tribunali, cetera in Alma Urbe nostra, quoties a succumbente gravamen evidens producat, ob quod ulteriori appellationi locum esse contendat, Auditor noster citationem pro signanda commissione non expediet; nisi cum vehemens de injuria suspicio haberi possit, qua habita citationem, & compulsoriales expediat, ac deinde transmissis ad Urbem prædictam actis, pendet, an ulterior appellatio admittenda, vel quibus clausulis commissio signanda videatur.

§ 10. In causis tamen parvi momenti, in quibus petitio pretium scutorum trecentorum monetæ Romanæ non excedat, si Auditor noster prædictus commissioni locum esse censuerit, eas semper Judici in Insula Melitensi commoranti, & partibus minime suspecto committet, interposito Decreto, quod litterarum Apostolicarum hujusmodi vim habeant, in iis autem causis, de quibus questio sit an petitio scutorum trecentorum summam excedat nec ne? Ipse Auditor noster, prout Justitiæ ratio exposcere videbitur, judicabit.

§ 11. Decernentes easdem præsentis litteras, & in eis contenta quæcumque firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussa observari, & adimpleri: Sicque & non aliter in præmissis censerit, atque ita per quoscumque Judices Ordina-

Aliud juramentum ab Armatore præstandum.

Duæ Sententiæ conformes transiit in rem judicatam.

Quomodo procedendum ab Auditore Sanctissimi in appellationibus.

Causæ non excedentes pretium 300. scut. Judici in Insula Melitensi remittende.

Præsentium Literarum perpetua observantia.

rios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & dicte Sedis Nuncios, aliosque quolibet quacumque preeminencia, & potestate fungentes, & fundatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quid quid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium

§. 5. Non obstantibus premissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellarie Apostolica regula de iure quæsito non tollendo, ac se. rec. Bonifacii PP. VIII. Predecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, ita ut vigore presentium, etiam ultra duas, pluresque dietas quilibet in iudicium trahi possit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicte Hospitalis, & Magistratus, ac Tribunalium predictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac Ordinationibus Capitularibus, privilegiis quoque, Indultis, & licentis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides danda transumptis

§. 13. Volemus autem, quod presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 16. Janu. 1738. An. VIII.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 16. Junii 1738. Pont. nostri Anno VIII.

CCXXXVI.

Indultum, ut tres dumtaxat Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Provinciae SSni Nominis Jesu antiquiores Doctores graduati in Universitate Mexicana, qui conditiones ad premissum effectum praescriptas adimpleverint, privilegiis Magistrorum dicte Ordinis uti valeant.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa novi concedendi Privilegii.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Didacus Salinas, & Cabrera Assistentis Generalis Hispaniae a Provincia SSni Nominis Jesu in Regno Mexicano

Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Procurator specialiter deputatus in Sacra Theologia Magister, quod in Civitate Mexicana publica auctoritate, & privilegio Regio Studii generalis Universitas omnibus numeris celeberrima erecta existit, in qua plures Cathedrae sumtibus Charissimi in Christo filii nostri Philippi, seu bo. mem. dum vixerunt Hispaniarum Regum instituta, & fundatae reperuntur, quae per publicam oppositionem, seu concursum, ut vocant, obtinentur. Etsi autem plurimum splendoris, & ornamentum tam Ordini, quam Provinciae hujusmodi inde allatum iri constat, quod illius Religiosi, Doctoratus laurea in Universitate praedicta decorentur, & ad concursus publicos pro adipiscendis lecturis idonei reddantur, nullus tamen eorumdem Religiosorum viginti ab hinc circiter annis invenitur, qui tam laudabili exercitio oppositionum, seu concursuum praedictorum ad Cathedras, earumque lectionum assidue applicatus Cathedram aliquam; aut lectoriam hujusmodi obtinuerit. Enim vero praeter plura incommoda, quibus subiacere debet similia numerum extra consecuturi, intra vero Provinciam hujusmodi etiam honoris gradum propterea promerantur, sed tanquam alii quicumque Ordinis praedicti lectores, & habentur, & existimantur.

Procurator Provinciae Praepositi supplicat super hoc.

§. 2. Cum autem, sicut eadem oppositio subungebat, dictus Didacus Assistentis, & Procurator, ut deinceps ejusdem Provinciae Alumni intuitu praemii avidius, alacriusque tam ad Doctoratus lauream assumendam, quam ad sublinendam talem oppositionem, seu concursum pro hujusmodi publicis lecturis capeffendis excitentur, tribus antiquioribus Doctoribus dicte Universitatis, qui publicis argumentis, assidueque lectionum, & oppositionum exercitationi quoties Cathedra aliqua in dicte Universitate vacare contingerit, fuerint adstricti, & addicti, omnia iura, Indulta, & privilegia, quibus ceteri in Sacra Theologia Magistri Provinciae, & Ordinis praedictorum de iure, usu, & consuetudine potiuntur, & gaudent ac revera tanquam Magistri eorumdem Ordinis, & Provinciae sint, & habeantur, sequentibus tamen praeviis conditionibus nempe.

Conditiones necessariae ad hujusmodi adsequendum Privilegium.

§. 3. Primo, quod nullus ex dicte Provinciae Fratribus ad gradum Doctoratus in dicte Universitate promoveri valeat, nisi de licentia moderni, & pro tempore existentis Prioris Generalis dicte Ordinis, prout per Constitutiones Ordinis praedicti auctoritate Apostolica confirmatas parte V. Cap. V. & VIII. praescriptum reperitur.

§. 4. Secundo quod nullus Doctor in dicte Universitate Mexicana Magistri privilegia obtinere incipiat, nisi postquam laudabiliter suae lectione Philosophiae, & Sacrae Theologiae praedictae tempus compleverit, & a pleno Definitorio Provinciae hujusmodi, sive in Capitulo Provinciali, sive in Congregatione intermedia lector jubilatatus declaretur, & tunc absque novo examine (cum jam in susceptione doctoratus in eadem

dem Universitate praecesserit, & alia gradus susceptione istiusmodi Doctores privilegiis Magistrorum gaudere incipiant, & tanquam Magistri a pariter moderno, & pro tempore existente Priore Provinciali recognoscantur, & declarentur, ac in libro, in quo ceteri ejusdem Ordinis Magistri describuntur, adnotentur, & ex tunc demum non autem secundum tempus suscepti Doctoratus eorum antiquitas inter Magistros Ordinis computetur.

§. 5. Tertio, quod ex dictis Doctoribus Universitatis, qui, ut supra assidue lectionum, & oppositionum exercitationi fuerint adstricti, & addicti tres dumtaxat antiquiores (qui gradu Magisterii Ordinis praedicti non sint aliunde decorati) Magistrorum privilegiis fruuntur, reliqui autem si qui fuerint, quamvis ceteris qualitatibus supra expressis praediti reperiantur, illa minime obtineant, quousque per alicujus ex dictis tribus Doctoribus antiquioribus cessum, vel decessum eis locus fiat secundum Ordinem suae antiquitatis, nempe Doctoratus in eadem Universitate, non autem antiquitatis, professionis, seu lectionis; A nobis concedi plurimum desideret, prout ab hac Sancta Sede, & a Nobis aliis eorumdem Hispaniarum Provinciae Ordinis praedicti concessum fuisse asserit.

Procuratoris petitioni annuit Clemens.

§. 6. Nobis propterea dictus Didacus Assistentis, & Procurator ejusdem Provinciae nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 7. Nos igitur ejusdem Didaci Assistentis, & Procuratoris votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut tres dumtaxat antiquiores Doctores dicte Universitatis Mexicanae, in quibus supradictae conditiones, & declarationes concurrerint, inter Magistros Provinciae, & Ordinis praedictorum adnumerentur, & uti tales habeantur, auctoritate Apostolica tenore presentium statuimus, & ordinamus, eisdemque tribus antiquioribus Doctoribus, ut omnibus, & singulis privilegiis, favoribus, praerogativis, praeminentis, gratis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus, quibus ceteri Provinciae, & Ordinis hujusmodi Magistri tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, & frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, dicte auctoritate concedimus, & indulgemus.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & effica-

ces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illos, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Hanc concessione ubique sum plenum vigorem habere statuit.

§. 9. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciae, & Ordinis praedictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & licentis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice, dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

§. 10. Volumus autem quod presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus persone in Ecclesiastica dignitate constituta, seu Secretarii generalis ejusdem ordinis munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Harum Literarum transumptis fidem addit.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 3. Julii 1738. Pont. Nostri Anno Octavo.

Dat. die 3. Julii 1738. An. VIII.

CCXXXVII.

Confirmatio Constitutionum Fratrum Discalceatorum Ordinis SSinae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniae.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter Religiosorum Ordinum Institutum in Militantis Ecclesiae procuracione a Pastorem Principe Jesu Christo infirmitatis nostrae demandata, magno cum Christianae Reipublicae commodo, Divini cultus incremento, & Animarum salute per assidua pietatis, charitatisque officia in opus Apostolici Ministerii nostri alia, aliis temporibus Altissimo Divinae providentiae consilio adscita, salutaribus Apostoli monitis memores victorum, tanquam simul victi, & laborantium, tanquam in eodem corpore morantes, Ordinem dilectorum Filiorum Fratrum Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum, qui pro lucrands, redimendisque Fratribus suis sub Catenis Barbarorum in aperto, aut Catholice fidei ejurandae, aut vitam misere finiendi discrimine versantibus animas ponere alacres non

Hujusce Ordinis praerogative enarrantur.

Hujus Ordinis nonnullae Constitutiones emendatione indigebant.

Procurator Generalis hac de causa Congregat. Episcoporum, & Regularium supplicat.

rentur, praecipuis paterna, Pontificiaque benevolentiae studiis semper complexi sumus. Ea propter illa, quae pro felici, prosperoque eorumdem regimine, debitaque tam arctioris disciplinae observantia alias disposita, & ordinata nonnullis evidentissima utilitate correctionibus, & emendationibus indigentia, pie prudenterque emendanda, & corrigenda esse dignoscuntur, cum emendata, & correctata, atque maturo examine in melius digesta, & comprobata, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis praesidio corroborari a Nobis petitur, libenter confirmare, & perpetua stabilitate communitate fatagimus.

§. I. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis praefati Ordinis, quod ipse alias de mandato nostro ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepolitam supplicem obtulit libellum tenoris, qui sequitur; videlicet. Eius, & Rmi Domini Religio Excalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, ut constat ex Decretis Capitulum Generalium, nec non Diffinitorii Generalis vehementer desiderat sub uno diplomate a S. Sede confirmari, & ad vitandam confusionem sub uno Codice imprimendas, unidasque esse suas Constitutiones: Quarum nonnullae diu observantur, & confirmatae sunt a fa. re. Clemente X.; ceterae autem, quas Diffinitorium Generale crebro studio, & quotidiana meditatione praemisit, integroque quotidianis sessionibus anno statuit, vi Brevis piae mem. Benedicti XIII. qui die 26. Februarii anno 1728. per suas literas concessit Capitulo Generali proxime celebrando, & deinde Diffinitorio Generali, facultatem condendi leges, seu Constitutiones ad uniforme gubernium Generale Ordinis, & Provincialium spectantes. Istarum autem aliae sunt pro gubernio Provincialium confirmatae die XI. Septembris anni 1730. a Sanctissimo Domino nostro Clemente XII. feliciter regnante, & aliae ad gubernium totius Religionis ab eodem Sanctissimo Domino nostro sub die 10. Decembris anni 1733. Ceterum quia ex determinatis ab illo Diffinitorio paucae remanent, quae adhuc non sunt propositae, ad confirmationem illarum consequendam, quas Capitulum Generale celebratum Compluti anno 1734. approbavit, & ex Decreto illius; novum Diffinitorium subsequens revidit, & approbavit etiam, & utrumque per sua Decreta curavit, & confirmationem petendam esse a Sancta Sede praecipit Procuratori Generali. Quare ipse Procurator Generalis humiliter supplicat EE. VV. quatenus dignentur deputare Eminentissimum Ponentem hujus causae ad hoc ut referat huic Sacrae Congregationi iustitiam hujus causae, & de gratia, quam Deus &c. Constitutiones, de quibus agitur sunt, quae sequuntur videlicet,

CONSTITUTIONES

Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniae.

REGULÆ

CAPUT I.

Fratres Discalceati Ordinis Sanctissimae Trinitatis &c.

CAPUT I.

De tribus votis essentialibus Obedientiae, Castitatis, & Paupertatis, ac de quarto non ambiendi.

§. I.

De Voto Obedientiae.

I. Sine obedientia nulla gubernatio, nullumque Regimen potest stare, quia integra potestas, & auctoritas Superiorum a subditorum submissa voluntate dependet. Sed Nostrae Congregationis Fratres intelligant, quod obedientia tunc erit hominibus dulcis, Deoque acceptabilis, si non trepidet non tarde, neque tepide, aut cum murmure, vel cum responsione nolentis efficiatur, quia obedientia cum majoribus praebetur, ipsi exhibetur Deo, dicenti, *Qui vos audit, me audit.*

II. Ceterum volumus, & declaramus, ut Constitutiones nostrae non obligent Nos ad culpam lethalem, aut venialem, sed ad poenam nisi propter praecipuum, vel contemptum.

III. Praecipuum autem nullum intelligi volumus, nisi quod spectat ad tria vota essentialia, & quartum non ambiendi in Clericis, & non transeundi ad statum Clericalem, & Sacros Ordines in laicis, vel quod in his Constitutionibus, vel a Superioribus praecipitur sub poena excommunicationis, vel in virtute Sanctae obedientiae, Transgressionem vero, vel omissionem aliorum secluso contemptu volumus obligare, nisi ad poenam impositam, vel a Superioribus, pro eorum prudenti arbitrio imponendam.

IV. Quod si aliquis (quod Deus avertat) quoad reverentiam Superiori debitam in re gravi deliquerit, ceteri Religiosi diligenter sub poena gravis culpae curent, ut reus severe puniatur: nullaque culpa irreverentiae erga Superiorem quantumvis levis impunita maneat.

V. Si aliquis Religiosus coram Superiore alicui praecipio quantumvis simplici (praecipua enim simplicia pertinent ad vitam Monasticam, cujus gubernium impositibile est solum per praecipua formalia, non obediunt, & suam inobedientiam mordicus, & pertinaciter defenderit, continuo incarceretur tanquam contumax, & rebellis, & voce activa, ac loco privatus sit pro tempore culpae proportionato ad arbitrium Ministri. Et eadem poena mulctetur,

tur, qui contra Superiores insurrexerint, istorum officia usurpantes, vel eorum executionem impediendes.

VI. Ille vero, qui murmurando, vel dissentiendo gestu, voce, aut scripto Praelatorum ordinationes cum spretu non adimplevit, pro prima vice jejunet in pane, & aqua tantum; pro secunda eadem poena duplicetur; pro tertia, in qua jam aliqua consuetudo, vel illius suboritur aliqua suspicio, incarceretur, usque dum respiciens coram Communitate Reum agat, & ad Praelati pedes, petendo veniam emendationem Deo, ac ipsi communitati promittat.

VII. Religiosi nihil omnino agant sine licentia Superioris, praesertim absque illa cum extraneis non loquantur, nec scribant, nec recipiant literas, quia prius illas manifestent Superiori, qui eas legat, & curet ne scribantur, nec recipiantur, quae convenientes non fuerint. Poterunt tamen sine licentia ad suos Praelatos Superiores, & ad quoscumque Diffinitores scribere, atque illorum literas accipere.

VIII. Si subditus aliquis aperuerit, vel non tradiderit literas Superioris Generalis, cujuscumque Diffinitoris Generalis, vel Provincialis, vel suorum Ministrorum Provincialium, vel Conventualium, vel illas, quae ad ipsos mittuntur, sit incarceratus, & voce, ac loco privatus pro tempore culpae proportionato. Si vero Delinquens Praelatus fuerit, sit suspensus a suo officio per quatuor menses. Quod si aliquis inferior aperuerit, vel non tradiderit literas, quas quilibet Religiosus alteri mittit, poena culpae gravis puniatur, & eadem poena mulctetur etiam quilibet Praelatus, qui literas sibi non subditorum aperuerit.

§. II.

De Voto Castitatis.

I. Castitatis virtus Angelorum est emula, & Religiosorum quoque propriissima, ad quam perfectissime custodiendam praeculis habere debent illud monitum Regulæ praecipientis, quod omnis status, gestus, vita, actio, & omnia alia honesta in eis reperiantur. Ceterum si (quod Deus avertat) aliquis Religiosus contra Castitatem deliquerit, & de eo convictus fuerit, incarceretur per sex menses, jejunet, & flagelletur arbitrio Superioris attentata gravitate delicti, & per spatium unius anni privatus sit officio, voce, & loco. Quod si delictum publicum fuerit apud saeculares, disciplina conventuali flagelletur, ac per integrum annum in carcere sit, & voce, ac loco per triennium careat. Si autem in simile peccatum relabatur, praedicta poena duplicetur.

II. Quoniam autem de huiusmodi delictis plena probatio raro fieri valeat, praecipimus Praelatis, ut Religioso de praedictis diffamato, nisi famam suam prius ita purgaverit, ut nullum finitrix de se opinioni locum reliquisset videatur (quod quidem

pro timorata eorum conscientia, atque prudentia judicabunt) honores denegent, & gratias, quae aliis concedi solent, videlicet officia, studia, Ordines, lectiones, facultates concionandi, & confessiones audiendi, & e Conventu exeundi &c. Patrumque Provincialium, ac Ministrorum conscientias oneramus, ut specialem curam similibus Religiosis habeant.

§. III.

De Voto Paupertatis.

I. Ad Paupertatis votum spectat, nil tanquam proprium, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere. Quare qui secus fecerit, vel aliquid custodiendo, intra, vel extra Domum Praelato celaverit, tanquam gravissime delinquens, & poena proprietarii, ac aliis ad arbitrium Superiorum puniatur. Poterunt tamen Religiosi, uti rebus necessariis sibi a Religione medio Superiore impertitis. De his autem, si eorum usu renunciationem ante receptionem Sacrae Eucharistiae pro casu infirmitatis coram suo Praelato facient infirmi, alioquin si aliter malitiose fecerint tanquam proprietarii reputentur post mortem. Nullus praeterea quamvis sit Praelatus extra Conventum reservet aliquid sub eadem proprietarii poena. Quod si aliquis inventus fuerit habere pecunias sine licentia, etiam illas habeat ad emendum aliquid sibi commissum, vel ad faciendam aliquam restitutionem, vel per modum Depositum, sive alio quovis praetextu, poena gravi afficiatur. Religiosus vero, qui sine licentia Praelati, aut expressa permissione utentis, sibi sumpsit rem aliquam ex illis, quas sibi ad usum habuerit alter, severe puniatur a Praelato. Sciant enim Religiosi, quod cuncta nostra sunt, sed non semper, & quocumque, & cum quibusque voluerit, sed tunc nostra, cum a Praelato conceduntur ad usum.

II. Quilibet Religiosus poterit in Cella habere mensam parvam, & scabellum expino, ac Imaginem Crucifixi, & B. M. V. in pariete depictam, seu in Papyro, absque aliqua tamen illuminatione; nec auro, nec argento, bombice, & similibus aliquis utatur, etiam si sit in parva quantitate, & in ornatum Reliquiarum, seu Imaginum. Dum autem ex rebus sibi ad usum concessis aliqua non utatur, eam reponat in officina communi, ad quam pertinet, & nullus unquam utatur verbis istis: *meum, tuum &c.*

III. Omnia, quae, & quocumque titulo obvenierint Religioso, sive in communi, sive in particulari, tradantur statim Praelato, ut de illis disponat tanquam de bonis propriis communitatis, & in officina communi reponantur.

IV. Pecunia semper sit in Arca quae tres habeat distinctas claves. Nec Superior illam habere, nec expendere, nec licentiam alicui Religioso dare poterit, ut illam habeat, vel expendat, quin prius in dictam